Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

cos intelligentes confugerunt
ad ciuitates lycaonie lystram
et derben: et vniuersa circum
regione. et ibi euangelizan-
tes erat. Et quidam pedi lystri
infirmus pedibus sedebat claudus
ex vtero matris suae: qui
nunquam ambulauerat. hic au-
c Audiuit paulum loquentem cui in
uitus est eum et videns quia
fidem haberet ut saluus fiet
dixit magna voce Surge super
pedes tuos erectus. et exsiluit
et ambulabat Turbae autem cum
vidissent quod fecerat paulus:
leuauerunt voce sua lycaonice
dicentes. Dii similes facti hominibus
descenderunt ad nos Et vocabat
barnabam iouem. paulum autem mer
curium quia ipse erat dux verbi
Sacerdos quoque iouis qui erat
ante ciuitatem thauros et coro-
nas ante ianuas afferens cum
populis: volebat sacrificare Cum
vero audierint apostoli barna-
bas et paulus concissis tunicis
suis exiluerunt in turbas clama-
tes et dicentes. Viri quid hec
facitis et nos mortales sumus
similes vobis homines. annunciantes
vobis ab hiis vanis conuerti ad
deum viuum: qui fecit celum et ter-
ram et mare et omnia que in
ipsis sunt: qui in preteritis generati-
bus dimisit omnes gentes in-
gredi vias suas et quidem non
sine testimonio se metipsum re-
liquit benefaciens: de celo dans
pluuias et tempora fructifera:
implens cibo et letitia cor-
da eorum Et hoc dicentes vix se
dauerunt turbas: ne sibi vno
laterent Supuenerunt autem quidam
ab antiochia et yconio iudei:
et persuasis turbis lapidantes pau-
lum tracerunt extra ciuitatem es-
timantes eum mortuum esse Cir-
f cumdantibus autem eum discipulis:
surgens intrauit in ciuitatem
et postera die profectus est cum bar-
nabe in derben Cumque euangeli-
zassent ciuitati illi et docuis-
sent multos: reuersi sunt lystram
yconium et antiochiam confirmantes
animas discipulorum: exhortantes
ut permanerent in fide: et quia
per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum dei: Et cum
constituissent illis per singulas eccle-
sias presbyteros et orassent cum ieiu
g nationibus commendauerunt eos
domino in quem crediderant Transe-
untes autem pisidiam venerunt in pam-
philiam: et loquentes verbum
dei in pergen descenderunt in
italiam et inde nauigauerunt
antiochiam: vnde erat traditi
gratie dei in opus quod compleuerunt
Cum autem venissent et congregassent
ecclesiam. retulerunt quanta fecis-
set deus cum illis. et quia ape-
ruisset gentibus ostium fidei dio-
rati sunt autem tempus non mo-
dicum cum discipulis:

XV

Et quidam descendentes de
iudea docebant fratres
quia nisi circumcidamini se
cundum morem moysi non potestis
saluari. facta ergo seditione non
mina paulo et barnabe adver
sus illos: statuerunt ut ascendere
paulum et barnabam et quidam
alios ex aliis ad apostolos et presbite
ros in hierusalem super hac questione
Illi ergo deducti ab ecclesia per
transibant phenice et samaria
narrantes conuersionem gentium
et faciebant gaudium magnum
omnibus fratribus Cum autem
venissent hierosolima suscepti